

DE AMBITV

TERRÆ.

Ambitus vniuersæ terræ hoc modo inquirendus est. Cū singulis gradibus maximi circuli respondeant 15 miliaria germanica communia, quilibet vero circulus distribuatur in 360 partes, ideo sic colloca in reglam. 1 Gradus dat 15 miliaria, quot dant miliaria gradus integri circuli 360? colliges ex multiplicatio tertij numeri in secundum miliaria comunia germanica 5400, quibus vniuersæ terræ circuitus absoluitur.

Dimetiens terræ.

Constituto terræ ambitu miliarium 5400, quæritur quanta sit eius diameter, id est quantum sit duplum profunditatis à superficie terræ vsq; ad medium eius, quod centrum vocatur. Est autem iuxta Archimedis demonstrata, cuiusq; circuli linea circumcurrens (quam Græci περιφέρεια, vulgo circumferentiam vocant) ad suam dimetientem, sicut 22 ad 7 proximè. Quare in hunc